

Epiphani. Sarugensis, Ephrem, Philoxenus, Barcephala, et Diodorus apud Porerium, tradunt Adamum eodem die quo creatus est peccasse, et paradiso ejectionem esse, scilicet ferâ sextâ die Veneris; imò sub eadem hora, quâ Christus in cruce mortuus est extra Jerusalem, et latronem, nosque omnes paradiso restituit. Hic sententiæ favet series Scripturæ; nam ex v. 8 patet, huc contigisse post meridiem remittente se aestu, et leni aurâ afflante. Favet et invidia diaboli, quæ non permisit diû Adamum stare. Favet et perfectio naturæ in quâ conditus est Adam; per quam ipse, uti et Angelus, statim se resolvit, et alterutram partem elegit. Denique si diû in paradiso fuisset, utique ex arbore vite comedisset.

Sicut ergo Christus eodem loco, scilicet in monte Calvarie voluit crucifigi, in quo sepultus erat Adam; ita ipse diem peccati et exilii nostri tunc notavit, damna dei ut solveret et dependeret.

Addunt S. Ephrem apud Barcephala in fine libri I de Paradiso, Philoxenus et Jacobus Sarugensis, Adamum creatum esse horâ nonâ matutinâ, et paradiso expulsum esse horâ tertiâ pomeridianâ, itaque in paradiso tantum sex horas commoratum esse.

VERS. 24. — ET COLLOCAVIT ANTE PARADISUM VOLUTATIS CHERUBIM, ET FLAMMEUM GLADIUM ATQUE VERTICILLUM. Quæres, qui sint Cherubim, quis gladius hic?

Primò, Tertullianus in Apologetico, et D. Thomas 2-2, quest. 165, art. ultimo, putant esse zonam torridam, quæ ob æstum imperiâ est, quam præinde Deus, inquit, inter hæc nostras regiones et paradysum interposuit.

Secundò, Lyranus et Tostatus volunt hæc esse ignem unquam paradysum ambientem. Idem censent multi patres citandi in fine hujus capituli.

Tertiò, Theodoretus et Procopius censent esse *μυρμεκων*, et spectra quædam terribili formâ, qualia terribilissima contra aves ponuntur in hortis.

Verùm dico, hæc omnia propriè ut sonant accipiendâ esse, nimirum quòd angeli ex ordine Cherubim positi sint ante paradysum, ut ejus aditu prohiberent tum Adam et homines, tum etiam demones, ne scilicet ipsi paradysum ingressi fructum arboris vite deciperent, quæ hominibus offerrent, pollicentes eis immortalitatem, et hæc ratione eos ad suum amorem et cultum pellicerent. Ita S. Chrysost. August. Rupert. et alii.

Nota primò. Cherubim potius, quàm Thronis, Virtutibus, aut Principatibus custodia paradysi demandata est, quia Cherubim sunt vigilantissimi et perspicacissimi; unde à scientiâ vocantur Cherubim, ideòque aptissimi sunt vindicæ omniscientiæ Dei, quàm ambierat Adam. Hinc patet, angelos superiores quoque mitti ad terram, uti ostendi Ilebr. 4, v. ult.

## CAPUT IV.

1. Adam verò cognovit uxorem suam Evam: quæ concepit et peperit Cain, dicens: Possedi hominem per Deum.

Nota secundò. Videntur hi Cherubim fuisse humanâ formâ induti; nam habent et vibrant flammeum gladium, et in omnes partes versatiles, ut eo feriant eos qui paradysum ingredi volent.

Nota tertiò. Pro, *flammeum gladium*, hebraicè est, *lahat kachereb*, id est, flammam gladii. Unde incertum est an gladius hic fuerit flamma habens formam et speciem gladii; an verò reverâ fuerit gladius, sed igne candens, fulgurans, et quasi flammis vomens.

Nota quartò. Ablatus est et cessavit hic gladius, uti et Cherubim, quando paradysus desit, puta in diluvio.

Allegoricè, ut S. Ambros. ad illud. Psal. 118: *Retribue servo tuo, et risum*, et Rupertus l. 5, c. 52, hic flammeus gladius est ignis purgatorii, quem ante paradysum celestem morientibus, necdum in hæc vitâ planè purgatis, posuit Deus; indeque Cherubim, id est, angeli, animas planè purgatas in paradysum, puta in coelum, educunt. Imò S. Ambrosius, Origenes, Lactantius, Basilus, Rupertus ex hoc loco putant ante coelum positum esse ignem, quem omnes anime, etiam S. Petri et Pauli, post mortem transire debeant, ut eo examinentur; et, si impura reperiantur, ut per eum purgantur, de quo dixi I Cor. 5, 15.

Moral. nota. Sex poenæ inflicte sunt Adæ (cum Evâ) et posteris ejus, quæ congruè respondent sex ejus peccatis. Primum ejus peccatum fuit inobedientia; ob hæc sensit carnis et sensus rebellionem. Secundum fuit gula; ob hæc punitus fuit labore et fatigatione. In sudore, inquit, vultus tui vesceris pane tuo. Tertium fuit furtum pomi; ob hoc punitus fuit carnis dolore, puta fame, siti, frigore, calore, morbis, etc. *Multiplicabo*, inquit, *erumnas tuas*. Quartum fuit infidelitas, quâ discredidit Deo, et credidit demoni; ob hæc punitus fuit morte, quâ anima discedit et separatur à corpore. Quintum fuit ingratitude; ob hæc privati meruit suâ substantiâ, quam à Deo acceperat, et incinerari. *Pulvis*, inquit, *es, et in pulverem reverteris*. Sextum fuit superbia; per hæc meruit privari paradiso, cælo et cælestibus, atque detruâ in tartara.

Ex dictis patet, peccatum Adæ, si primam et propriam speciem peccati spectes, non fuisse omnium gravissimum; fuit enim inobedientia legis positivæ Dei: hæc autem gravior est blasphemia, odium Dei, obstinata impenitentia, etc. Quare gravis peccatum Arius, Lutherus, Judas et alii, quàm Adam. Si tamen damna ex hoc peccato consecuta spectes, fuit Adæ peccatum omnium gravissimum; per hoc enim ipse se et omnes suos posteros perdidit, adeoque quicumque damnantur, propter hoc peccatum vel immediatè, vel mediatè damnantur; et hæc ratione hoc peccatum dei potest irremissibile quia in omnes posteros ejus culpa et pena transit, nec id remittit aut impeditur ullo modo potest.

## CHAPITRE IV.

1. Or Adam, chassé du Paradis et séparé de son Créateur, commença à s'attacher à la créature; ainsi il connut Eve, sa femme, afin de se multiplier sur la terre, selon l'ordre que Dieu lui en avait donné, et elle conçut

2. Rursusque peperit fratrem ejus Abel. Fuit autem Abel pastor ovium, et Cain agricola.

5. Factum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ numera Domino.

4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, et de adipibus eorum; et respexit Dominus ad Abel et ad munera ejus.

5. Ad Cain verò et ad munera illius, non respexit; iratusque est Cain vehementer, et concidit vultus ejus.

6. Dixit Dominus ad eum: Quare iratus es? et cur concidit facies tua?

7. Nonne si benè egeris, recipies: sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit? sed sub te crit appetitus ejus, et tu dominaberis illius.

8. Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras. Cùmque essent in agro, consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, et interfecit eum.

9. Et ait Dominus ad Cain: Ubi est Abel, frater tuus? Qui respondit: Nescio. Nùm custos fratris mei sum ego?

10. Dixitque ad eum: Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terrâ.

11. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, et suscepit sanguinem fratris tui de manu tuâ.

12. Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos; vagus et profugus eris super terram.

15. Dixitque Cain ad Dominum: Major est iniquitas mea, quàm ut veniam merear.

14. Ecce ejicis me hodiè à facie terræ, et à facie tuâ abscondar, et ero vagus et profugus in terrâ; omnis igitur qui inveniit me, occidet me.

15. Dixitque ei Dominus: Nequaquam ita fiet; sed omnis qui occiderit Cain septuagintam punietur. Posuitque Dominus Cain signum, ut non interficeret eum omnis qui invenisset eum.

16. Egredessusque Cain à facie Domini, habitavit

et enfta en fils qu'elle nomma Cain, pour se consoler de sa mortalité, en disant: Je possède un homme, par la grâce de Dieu, qui en me succédant après ma mort, me fera revivre en quelque sorte sur la terre.

2. Elle enfanta de nouveau, et elle mit au monde son frère, qu'elle nomma Abel; c'est-à-dire, vené, pour marquer que rien n'est stable sous le soleil; or Abel fut pasteur de brebis, et Cain s'appliqua à l'agriculture.

5. Il arriva longtemps après que les deux frères, étant dans un âge plus avancé, offrirent leurs dons au Seigneur. Mais ils les offrirent d'une manière bien différente; car Cain offrit au Seigneur des fruits de la terre qu'il avait soin de cultiver; mais il n'offrit pas les plus beaux, ni les plus sains.

4. Abel offrit aussi au Seigneur des premiers-nés de son troupeau, selon sa possession; mais il offrit ce qu'il avait de meilleur et ce qu'il avait de plus gras; et ainsi le Seigneur regarda favorablement Abel et ses présents.

5. Mais il ne regarda point Cain, ni ce qu'il lui avait offert. C'est pourquoi Cain entra dans une très-grande colère, et il en conçut tant de chagrin, que son visage en fut tout abattu.

6. Alors le Seigneur lui dit: Pourquoi êtes-vous en colère? et pourquoi parait-il un si grand abattement sur votre visage?

7. En effet, si vous faites bien, n'en serez-vous point récompensé? et si vous faites mal, le châtiment de votre péché ne sera-t-il pas aussitôt à votre porte? n'en souffrirez-vous pas aussitôt la peine? il est vrai que la conscience que est en vous, vous porte au mal; mais votre concupiscence sera sous vous, et vous la dominerez toujours, de sorte que vous pourrez toujours lui résister.

8. Or Cain, insensible à la remontrance du Seigneur, et enporté par l'envie dont il était rongé, dit à son frère Abel: Sortons dehors. Et lorsqu'ils furent dans les champs, Cain se jeta sur son frère Abel, et le tua.

9. Le Seigneur, à qui ce crime ne pouvait être caché, dit ensuite à Cain, pour la faire revivre en lui-même: Où est votre frère Abel? Il lui répondit avec une espèce de mépris: Je ne sais. Puis joignant l'insolence au mépris, il ajouta: Suis-je le gardien de mon frère, pour savoir où il est?

10. Le Seigneur lui répartit: Qu'avez-vous fait? avez-vous espéré me cacher votre crime? Vous vous êtes trompé. La voix du sang de votre frère eris de la terre jusqu'à moi, et me demande vengeance contre vous.

11. Vous serez donc maintenant maudit sur la terre, qui a ouvert sa bouche, et qui a reçu le sang de votre frère, lorsque votre main l'a répandu.

12. Ainsi, quand vous l'aurez cultivée, elle ne vous rendra point son fruit; et de plus, vous serez fugitif et vagabond sur la terre; vous n'y aurez point de demeure fixe, et vous vous trouverez dans une crainte et une agitation continuelle.

15. Cain, entrant dans les sentiments d'un désespéré, et non d'un pénitent, répondit au Seigneur: Mon iniquité est trop grande pour pouvoir en obtenir le pardon, et je n'ose vous le demander.

14. Mais vous me chassez aujourd'hui de dessus la terre où je suis né; et j'irai me cacher de devant votre face; je serai fugitif et vagabond sur la terre, éloigné de vous et privé de votre secours. Or, en quelque lieu que j'aie où quelques-uns de mes frères se seront déjà établis, ils voudront venger la mort de celui que j'ai tué. Quoique donc me trouvera me tuera.

15. Le Seigneur lui répondit: Non, cela ne sera pas ainsi; mais quoique tuera Cain, sera puni sept fois plus sévèrement que lui, pour n'avoir pas profité du châtiment que j'ai exercé sur Cain. Et le Seigneur mit un signe sur Cain, afin que ceux qui le trouveraient ne le tuassent point.

16. Cain, s'étant retiré de devant la face du Seigneur,

profugus in terrâ ad orientalem plagam Eden.

17. Cognovit autem Cain uxorem suam, quæ concepit, et peperit Henoch; et edificavit civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii sui Henoch.

18. Porro Henoch genuit Irad et Irad genuit Maviael, et Maviael genuit Mathusael, et Mathusael genuit Lamech.

19. Qui accepit duas uxores, nomen unum Aaa, et nomen alteri Sella.

20. Genuitque Ada Jabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque pastorum.

21. Et nomen fratris ejus Juba: ipse fuit pater canentium citharâ et organo.

22. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator et faber in cuncta opera aris et ferri. Soror verò Tubalcain, Noema.

23. Dixitque Lamech uxoriibus suis Adæ et Sellæ: Audite vocem meam, uxores Lamech, auscultate sermonem meum; quoniam occidi virum in vulvibus meis, et adolescentulum in livore meo.

24. Septuaginta ultio dabitur de Cain; de Lamech verò septuaginta septies.

25. Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam; et peperit filium, vocavitque nomen ejus Seth, dicens: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.

26. Sed et Seth natus et filius, quem vocavit Enos: iste cepit invocare nomen Domini.

fut vagabond sur la terre, où il habita vers la région orientale d'Eden, sans y avoir de demeure fixe.

17. Et, ayant connu sa femme, elle conçut et enfanta Hénoch. Il bâtit ensuite une ville, qu'il appela Hénoch, du nom de son fils.

18. Hénoch engendra Irad; Irad engendra Maviaël; Maviaël engendra Mathusael; Et Mathusael engendra Lamech.

19. Ce fut le premier homme qui eut en même temps deux femmes, dont l'une s'appelait Ada, et l'autre Sella.

20. Ada enfanta Jabel, qui fut père de ceux qui habitent sous des tentes, et des pasteurs.

21. Son frère s'appelait Juba; et il fut père de ceux qui jouent de la harpe et de l'orgue. Il inventa ces instruments de musique, comme son frère avait inventé la manière de faire des tentes, et de conduire des troupeaux.

22. Sella enfanta aussi Tubalcain, qui eut l'art de travailler avec le marteau, et qui fut nommé en toutes sortes d'ouvrages d'airain et de fer. Noëma était la sœur de Tubalcain; ce fut elle qui inventa la manière de filer, et de faire de la toile et des étoffes de laine.

23. Or, Lamech ayant commis un meurtre, dit à ses femmes Ada et Sella, qui en craignaient les suites: Femmes de Lamech, entendez ma voix, écoutez ce que je vais vous dire; vous êtes effrayées parce que j'ai tué un homme qui m'a blessé; vous craignez pour ma vie, parce que j'ai assassiné un jeune homme qui m'a couvert de plaies.

24. Mais rassurez-vous, personne n'oseraient attenter à ma vie; car puisque, selon la parole du Seigneur même, on vengera sept fois la mort de Cain qui a tué son propre frère, et qui l'a tué par malice et par envie, on vengera sans doute celle de Lamech septante fois sept fois, lui qui n'a tué qu'un étranger, et même en se défendant.

25. Adam, après avoir pleuré la mort d'Abel, que sa vertu lui rendit très sensible, comut encore sa femme; et elle enfanta un fils qu'elle nomma Seth, en disant: Le Seigneur m'a donné un autre fils, au lieu d'Abel que Cain a tué.

26. Il naquit aussi un fils à Seth, qu'il appela Enos. Celui-ci commença à invoquer le nom du Seigneur par des sacrifices réglés, et à porter le nom de Dieu, qui se conserva ensuite dans sa postérité.

## COMMENTARIUM

Vers 1. — COGNOVIT. Hoc verbo Scriptura honestè significat copulam carnalem, quia enim Hebræi virginem vocant *alana*, id est, absconditam et incognitam viro; hinc eam corrumpere, vocant eam cognoscere, vel revelare ejus turpitudinem, ut patet Levit. 18.

Aliqui Rabbinii cum nostris hæreticis putant, Adamum in paradiso cognovisse Evam. Sed ex loco communiter Patres docent contrarium, scilicet Adam et Evam in paradiso mansisse virgines. Hic enim post ejectionem à paradiso, prima copule eorum fit mentio. *Nuptiæ*, ait S. Hieron. lib. 1 contra Jovin., *terram replent, virginitas paradissum*. Videtur ergo hæc prima extra paradissum fuisse Adæ et Evæ generatio, ac consequenter Cain fuit eorum primogenitus. Id enim usinat vox Evæ, eum parientis: *possedi hominem per Deum*. q. d.: Jam primum peperit filium, factaque sum mater hominis.

Probabiliter censet Tornielius in Annal. Cain genitum esse mox post expulsionem Adæ et Evæ à paradiso, scilicet primo anno mundi et Adæ; tum quia Adam et Evæ creati sunt in staturâ perfectâ, et habili-

ad generandum tum quia post peccatum mox acres libidinis et copule stimulos senserunt, tum quia ipsi erant soli in mundo, et per eos Deus voluit statim propagari et multiplicari toto orbe genus humanum. Unde sequitur Cain occidisse Abel anno ætatis 150, scilicet paulo ante ortum Seth. Seth enim illo anno natus est, ut patet cap. 5, 5. Quocirca improbable est quod censent aliqui, Adamum et Evam, lugentes suum peccatum et lapsam, per centum annos abstinuisse neu conjugii, centesimo verò anno copulatos genuisse Cain et mox Abel; unde Cain anno trigesimo ætatis occidisse Abel, idèque mox loco Abelis Adamum genuisse Seth, anno mundi 150, ut dicitur c. 5, 5. Hoc, inquam, est improbable; sciebat enim Adam se esse constitutum à Deo, ut esset seminator et propagator generis humani; sciebat insuper se à Deo damnatum ad mortem, brevique moriturum; sciebat incertam esse diem mortis suæ. Quis ergo credit eum centum annis generatione et propagatione sui generis abstinuisse, cum nesciret centum annis esset victurus? *Æquè improbable et fabulosa est visio, quam*

S. Methodio martyri falsè attribuit Petrus Comestor in Scholast. histor. Genes. cap. 23. Quòd scilicet Adam et Eva, anno ætatis, æquè ac mundi decimo quinto, genuerint Cain, et sororem ejus Calmanam; anno verò trigesimo, genuerint Abelem, et sororem ejus Delboram; anno verò 150 Cain occiderit Abel, quem parentes ejus planxerint centum annis, et post planctum genuerint Seth, anno ætatis et mundi 250, ut habent Septuag. Nam præter jam dicta, est hic in numeris apud Septuag. manifestus error, et pro 250 legendum 150, ut habent Hebr., Chald., Latina.

PEPERIT CAIN DICENS: POSSEDI HOMINEM. Cain hebraicè idem est quòd possessio, à radice *kana*, id est, possedit. Arabicus vertit, *lucratus sum per Deum virum*. Ludit ergo Coropius Becanus, qui nomen Cain à lingua Flandricâ accersit, quasi Cain idem sit quòd *quaet, eynde*, id est, malus finis vel exitus. Itaque Cain hebraicè idem est quòd possessio. Est enim filius quasi parentum possessio et supplex; unde jure naturæ est patris in filium potestas; hinc patres vocantur domini, Math. 11, 25. Eccl. 25, 1. Hinc factum est, ut Persæ (teste Aristotele in Politic.), liberis uterentur quasi servis. Hinc etiam Sclavi (teste Aecursio) filios arbitrio suo vendebant et occidebant. Dicit ergo Eva: *Possedi hominem, sed per Deum, q. d.*: Natus est mihi filius, quasi possessio mea; sed idem potius est Domini possessio, et hereditas mihi à Deo donata. Ita S. Chrysost. *Non* (inquit Eva) *natura mihi puerum dedit, sed divina gratia*. Sic Jacob ad Esau: *Parvuli, inquit, sunt, quos donavit mihi Deus, Gen. 33, 5*. Discant hic parentes, proles esse dona Dei.

Tropol.: *Cain dictus est acquisitio, quòd omnia sibi acquireret; Abel, qui omnia referret ad Deum* (Abel enim S. Ambrosio dictus est quasi *אבא* habet, id est, dans Deo omnia, utpote quæ accepit ab eo) *nil sibi arrogans, ait S. Ambros. lib. 1 de Cain et Abel cap. 1*. Cain ergo significat arrogantes, qui omnia suo ingenio attribunt: Abel humiles, qui omnia Deo datori accepta referunt. Et cap. 2: *Per Abel, inquit, intelligitur populus christianus* (sicut per Cain Judæ paritædus Christi et prophetarum) *adherens Deo, sicut et David ait: Mihi autem adhaerere Deo bonum est. Et c. 4, docet Cain esse typum malitiæ, Abel virtutis. Significatur ergo quòd Cain, id est, malitia præcedat tempore, sed juvenescat in firmitate. Habet illa ætatis stipendium, virtus autem prærogativam gloriæ, quam plenius justo cedit iniquis; sicut Cain cessit Abeli in favore et honore apud Deum.*

PER DEUM. Prepositio per non est jurantis, sed gratulantis, et auctorem generationis agnoscentis. Hebraicè est, et adonai. Isidorus Clarius patet et, hic esse articulum accusativi idèque veritatis, *Possedi hominem Deum*, quasi Eva hæc dixerit in spiritu prævidens, Christum, qui Deus est et homo, ex se nasiturum. Verùm quid hoc ad Cain? nec enim ex Cain, sed ex Seth natus est Christus. Vox ergo *per* est, hic non est articulus, sed prepositio significans, cum, coram. Unde Chaldeus vertit, *coram Domino*; alii, *cum Do-*

mino: quod noster clariore sensu expressit vertens, *per Dominum, puta per Deum*.

VERS. 2. — REBUSQUE PEPERIT. Rabbinii, et ex eis Calvinus, putant ex eodem conceptu Evam peperisse gemellos, Cain et Abel, quia hic in Abel non reperitur verbum *concepit*, sed tantum *generavit*: unde idem extendunt ipsi ad alios illos ætatis generationes putantque Evam, aliasque feminas initio mundi semper peperisse geminos, ut homines eò citius multiplicarentur. Sed hæc temerè et sine fundamento asseruntur. Moses enim hic compendio utitur, et in verbo *peperit* prasoponit et subaudit verbum *concepit*. Nemo enim parit nisi quò ante concepit. Spiritus sanctus enim hic non conceptus, sed partus et proles hominum primorum recensere intendit.

ABEL. Josephus et Eusebius Abel interpretantur Iudæum, quasi *אבל* *Hebel*, id est, Abel, idem sit quòd *אבל* *Hebel*, ut he ponitur pro *aleph*, quia Abe primus mortaliū suū morte ingentem luctum attulit parentibus, inquit Eusebius l. 11 de Præpar. c. 4. Verùm propriè Abel, vel, ut Hebraicè dicitur, *Hebel*, significat vanitatem. Unde Ecclesiastes ait: *Hebel habitum col habet, vanitas vanitatum et omnia vanitas*. Videtur mater Eva præpassisse Abel celerrimè necem, aut certè memor se eum posteris ad mortem paulo ante damnatum, vocavit cum Abel, id est, vanitas, q. d.: *Universa vanitas est omnis homo vivens* ante possessio hominis similis est vanitati, quia in imagine (instar umbræ) præpassisse homo, iia Rabanus, Lipomanus et alii.

Abel mansisse et mortuum esse virginem, docent contra Calvinum communiter Patres, idque colligunt ex eo quòd Scriptura non meminit uxoris et prolum ejus, sicut meminit uxoris et prolum Cain. Ita S. Hieron. Basilius, Ambrosius, et alii. Hinc ex Abel, hæretici quidam nominati sunt Abeliani, vel Abelotite, qui instar Abel uxoriibus non miscabant, sed filios vicinorum adoptabant, et hæredes sibi adsciscabant, nimirum puerum et puellam simul. Ita S. August. lib. de Hæres. hæresi 87.

VERS. 3. — POST MULTOS DIES; post multos annos. S. Ambros. lib. 1 de Cain c. 7, hoc tribuit culpe: *Duplex, ait culpa* (Caini): *una quòd post dies obtulit, altera quòd non ex primis fructibus. Sacrificium autem et celeritate commendatur, et gratiæ, etc.*

UT OFFERRET CAIN DE FRUCTIBUS TERRE; secundos scilicet et viliores fructus: hi enim vocantur in Scripturâ fructus terre. Primos ergo et meliores fructus sibi reservabat Cain; opponitur enim Abeli, qui obtulit Deo primogenita, et de adipibus, id est, optima et pinguisima gregis sui, quia ingenti fide, reverentiâ et amore prosequatur Deum. Ita S. Ambrosius l. 1 de Cain et Abel c. 7 et 10: *Obtulit, inquit, à fructibus terræ, non à primis fructibus primitias Deo; hoc est, primitias sibi prius vindicare, Deo autem sequentia deferre. Itaque cum verò anima corpori, tanquam servo domina sit præferenda, utique primitias ejus, hoc est, animæ, prius quam corpori offerre debemus. Addit Abelem liberalem, animalia; Cainum avarum, fruges terre duntaxat obtu-*

lisse. Idem lib. 2, cap. 5, ait Abelem à Deo prælatum Caino, eò quòd pinguiora gregis offerret, sicut David docet dicens: « Sicut adipe et pinguedine replatur anima mea. » Et: « Holocaustum tuum pingue fiat; hoc docens acceptabile esse sacrificium, quod pingue, quod nitidum, et quodam pulbo fidei ac devotionis, verbiq; celestis uberiore atinomià saginatum est. Et cap. 6: Nova igitur fides renovatorum, valida, pubescens, incrementum virtutis acquirens; non remissa, non fessa, non senio quodam marida, et vigore ignava apta sacrificio est, que pullulet quodam virenti gormine sapientie, et juvenili divinæ cognitionis fervore pubescat. Abelis est hæc vox:

Sacrum pingue dabo, non macrum sacrificio.

Caini ex adverso hæc:

Sacrificabo macrum, non dabo pingue sacrum.

Docet S. Athanasius in illud: Omnia nihil tradite sunt, Cain et Abel à patre Adamo didicissent religionem et ritum sacrificandi; unde sequitur, primò omnium Adamum sacrificasse.

Moral. Philo lib. de Sacrific. Abelis et Cain: « Sicut, ait, Cain de fructibus, et non de primitiis Deo sacrificium obtulit, sic sunt multi qui dant primatum creature, secundarium honorem numini, » verbi gratià, qui ex frugibus pejores dant pro decimis; qui proles stupidas, turpes, mancas, inertes dant religioni; pulchras et ingeniosas conjugio.

VERS. 4. — RESPEXIT DOMINUS AD ABEL ET AD MUNERA EJUS. Primum fuit causa secundi; ideò enim placuerunt Deo munera Abel, quia placuit ipse Abel. Sacrificia enim vetera non placebant Deo ex opere operato, uti placet sacrificium legis novæ, sed tantum ex opere operantis. Unde Rupertus lib. 4 in Genes. cap. 2, sic ait: « Apostolus dicit (Hebr. 11): « Fide plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse justus, etc. » Fide, inquit, plurimam; nam cultus, vel religio, parem uterque obtulit, et proinde uterque rectè obtulit, sed non rectè divisit. Nam Cain cum Deo offerret sua, seipsum sibi retinuerat, repositum habens cor in cupiditate terrenâ. Hujusmodi portionem Deus non accipit, sed per se inquit (Proverb. 25): « Fili, præbe cor tuum mihi. » Porro Abel primò cor suum, deinde rem suam offerendo, plurimam hostiam per fidem obtulit. » Fidem hanc explicat cap. 4, ubi docet, Abelem hoc suo sacrificio præsignasse et precurrerit sacrificium Christi in Eucharistiâ: « Quia verè, inquit, sacrificium, quod illa nocte Pontifex noster Jesus Christus in veritate agnus est Dei, primogenitus omnium agnorum vel ovium, que pertinent ad caulas cæli, ad pascua paradisi. Verè S. Augustinus (vel quisquis est auctor, non enim videtur esse hoc opus S. Augustini) lib. de Mirabil. S. Script. c. 5: Justitia, ait, triplex in Abel fuit, prima, virginitas, non generando; secunda, sacerdotium, munera Deo placita offerendo; tertia, martyrium, proprium sanguinem effundendo, cui primam figuram Salvatoris gestare conceditur, qui virgo, martyr et sacerdos esse videtur. Et paulò ante: Abel, inquit, totius humanæ justitiæ princeps, in ipso mundi principio sanguis sui tripodio coronatur,

martyrio arripitur. Et mox: Huic Abel Dominus Jesus Christus primatum justitiæ hominum commisit, ita inquit: « A sanguine Abel justus usque ad sanguinem Zachariæ, » Matth. 23, 35.

Nota. Pro respexit, hebraicè עָשָׂה iissa, quod Symmachus vertit, *reigbo*, delectatus est, Aquila consolationem accepit, Chaldaeus, susceptum beneficio. Propriè iissa significat respexit, à radice שָׂה *scas*; sin legas aliis punctis שָׂה *iasca*, significat, delectatus est, à radice שָׂה *scas*, per duplex *ain*, et ita legit Symmachus et Aquila.

Queres, quo signo declaravit Deus sibi placere oblationes Abelis, non autem Cain? Respondeo: Communitè tradunt Patres, Deum id igne de celo misso in sacrificium Abelis non autem Caini, declarasse; ignem enim hunc combussisse et consumpsisse sacrificium Abelis, Caini verò sacrificium intactum reliquisse.

Rident hoc Lutherus et Calvinus, quasi Judicæ fabulas; verum id ipsum asserunt et tradunt S. Hier., Procopius, Cyrill. hic, Chrysost., Theophyl., Oecum. in c. 11 ad Hebr. v. 4, et Cypr. Orat. de nativ. Domini. Unde et Theodotus vertit, *ἐκδοξότες*, inflammavit Dominus super Abel et sacrificium ejus, super Cain non. Hoc nempe eodem ignis et conflagrationis victimæ signo solet Deus probare et acceptare sacrificia, ut Gedeon. Jud. c. 6, 21. Manue Jud. 13, 20; Aaron. Levit. 9, 24; Elias 5 Reg. 18, 38; David. 1 Paralip. 24, 26; Salomonis 2 Paral. 7, 1; Nehemie 2 Machab 4, 32.

VERS. 5. — AD CAIN AUTEM ET AD MUNERA ILLIUS NON RESPEXIT; non inflammavit ea. Ita narrat Nazianz. orat. 1 in Julian. duos nepotes Constantii imper. Gallum et Julianum, volentes extruere templum supra tumulum Mamantis martyris, inter se divisisse opus, sed partem illam que extruebatur à Gallo, verè pio et fidelis, felicissimè processisse; partem autem que extruebatur à Juliano qui apostata futurus, jam mente corruptus erat, non potuisse unquam coalescere, quòd terra contremiscens omnia quasi removeret, quia martyr noluit honorari ab eo, à quo collegas suos contumeliâ aficiendos prævidebat; et quia Deus qui corda intuetur, opus Galli, tanquam Abelis sacrificium, admisit; opus verò Juliani, tanquam sacrificium Caini, abiecit, inquit Nazianz. Præclarè S. Cyprian. tract. de Orat. Domini: Non, inquit, Caini et Abelis munera Deus, sed corda intuebatur, ut ille placeret in munere, qui placebat in corde. Abel pacificus et justus dum Deo sacrificat innocenter, docuit et ceteros quando ad alterum munus offerunt, sic venire cum Dei timore, cum simplici corde, cum lege justitiæ, cum concordie pace. Meritò ille, dum in sacrificio Dei talis est, ipse postmodum sacrificium Deo factus est, ut martyrium primum ostendens, initiaret sanguinis sui gloriâ Dominicam passionem, quæ et justitiam Domini habuerat et pacem.

VERS. 6. — CUR CONCIDIT FACIES TUAS? cur inmore, irâ, odio, invidiâ in fratrem contabescis, eaque vultus tristitiâ et dejectione produs? cur lividis et dejectis in erram oculis partidicum incipis meditari? Ita Rupertus. Unde Arabicus vertit, *contristatus est vultus ejus.*

VERS. 7. — NONNE SI BENE EGERIS, RECIPIES? tum quietem et gaudium conscientie, tum favorem meum, utque simili signo, puta igne de celo misso, attester te tuaque sacrificia mihi placere, sicuti testatus sum Abeli; quod te nunc ita cruciat, tum denique bona presentia et æterna recipies; hæc enim omnia virtutis sunt merces.

Pro recipies hebraicè *est scet*, quod significat ferre, elevare, portare, recipere; rursùm, remittere. Undè Chaldaeus vertit, *dimittetur tibi*, scilicet invidia et impietas tua; Septuaginta vertit, *nonne si rectè offeras, non rectè autem divides, peccasti? quiesce*, quod S. Ambros., Chrysost., August. sic exponunt: Quia in rectâ, inquit, divisione, prima secundis, cælestia terrenis præferenda sunt; Cain autem primas sibi, secundas dabat Deo, ideòque non rectè cum Deo divisit. Tertio, alii sic vertunt, *nonne si bene egeris, attolles?* subaudi vultum, q. d.: Nonne incedes recto vultu, viresque in gaudio et lætitiâ? unde et Vatablus vertit: *Nonne si bene egeris, exaltatio erit tibi?* q. d.: Tu videris dolere, quòd frater tuus sit clarus, et erectus supra te; et si studeris bene facere, attolleris ut ille; sin autem male egeris, statim in foribus peccatum aderit.

PECCATUM, id est, poena peccati, que quasi canis aut Cerberus cubans (hoc enim est hebraicum *robets*) fores peccati obsidet, tanquam peccati vindex; hic mox ut male egeris tibi aderit, tibi allatrabit, te mordebit et lacinabit. Canis hic est vermis conscientie, mentis turbatio et indignatio, ira Dei capiti peccatoris imminens, tribulatio, angustia omnesque ærumnæ presentis et æternæ, quibus Deus peccata punit. Unde Chaldaeus vertit, *in diem judicii peccatum tuum servatum est, in quâ ulciscetur de te.*

Nota prosopejæ. Peccatum hic inducitur quasi tyrannus, qui cum suis assecris tam lictoribus, quam molossis peccantem assidue insequitur. Nam, ut Poeta ait:

Noxa caput sequitur.

Et Horatius lib. 3 Carminum ode 5:

Rurò antecedentem scelestum

Deseruit pedè poena claudo.

Ut enim alia tacem, magna poena est

Nocte dique suum gestare in pectore testem,

Oculum quotiente animo tortore flagellum.

Conscientia ergo sceleris, ipsa sui vindex, tortor et carnis ex, uti pulchrè docet S. Chrysost. conc. 1 de Lazaro. Et S. August. in Sententiis sententiâ 191: Nulle, ait, poenæ graviore sunt, quam male conscientie, in quâ cum non habetur Deus, consolatio non invenitur. Et ideò invocandus est liberator, ut quem tribulatio exercuit ad confessionem, confessio perducatur ad veniam. Ita Alexander Macedo cum Clytium sibi charissimum ac fidelissimum temulentus occidisset, mox conscientia sceleris furens, sibi mortem inferre voluit, sed à suis fuit prohibitus, teste Senecâ Epist. 85. Ita Nero Cæsar, auctore Dione, matre trucidatâ aiebat se specie maternâ exagitari verberibus furiarum, tadsisque ardentibus, nulloque loco tutum posse consistere. E contrario, nullum theatrum virtuti conscientia

majus est, ait Cicero Tuscul. 2 et Horat. in Odis:

Integer vitæ, scelerisque purus

Non eget Mauri jaculis, nec arcu,

Nec venenatis gravidâ sagittis,

Fusce, phartrâ.

Nisibîm, *secura mens quasi iuge contivium*. Ita S. August. contra Secundinum, c. 1: Sentit, inquit, de Augustino quodlibet; sola me conscientia in oculis Dei non accusat.

SED SUB TE ERIT APPETITUS EJUS, ET TU DOMINABERIS ILLIUS. Calvinus, ne cogatur ex hoc loco admittere liberum arbitrium dominans peccato et concupiscentiæ, censet pronomen *ejus* referre Abelem, non peccatum, sensumque esse, q. d.: Ne, ó Cain, invidias Abeli juniori fratri tuo; nam ipse in tuâ potestate permanebit, et tu ei tanquam primogenitus dominaberis. Favet huic expositioni unus Sanct. Chrysost. hom. 18. Verum nulla Abelis hic facta est mentio; ac proinde pronomen *ejus*, Abelem referre nequit, ut docet S. Ambros. lib. 2 de Cain et Abel, c. 7, et S. August. lib. 15 de Civit. c. 7. Unde Arabicus clarè vertit, *in electione tuâ appetitus ejus, et tu dominaberis illius*. Electio enim est actus proprii arbitrii, per quem dominatur suis actionibus.

Dices: Pronomen *ejus*, in Hebræo est masculinum: חַטָּאת *chattat* autem, id est, peccatum, est femininum; ergo vox *ejus* nequit referre peccatum, sed Abelem respicit.

Respondeo, hebræum *chattat* non solum esse femininum, sed et masculinum; id patet hic cum ait *chattat robets*, peccatum cubans apud te tibi aderit; si enim esset femininum, dicere debuisset *robetsa*. Idem patet Levit. 4, 24, *chattat hu*, peccatum est ipse, non *hi*, id est, ipsa.

Dices secundum: Hebraicè est *elecha teschukot*, id est, ut vertit Septuaginta, *ad te conversio ejus*.

Respondeo: Sensus hujus phrasis est: peccatum, ejusque appetitus et concupiscentia te sollicitabit ad sibi consentiendum, sed ita, ut ad te converti, et à te consensum petere et impetrare debeat; quod noster quoad sensum clarè vertit: *sub te erit appetitus ejus*. Pari enim modo Evæ dixit cap. 3, 16: *Elisicech teschukot*, ad virum erit conversio tua, quod noster quoad sensum clarè vertit: *sub tiri potestate eris*. Unde ibi, æquè ut hic, sequitur, *et ipse dominabitur tui*.

Dico ergo, vocem *ejus* referre peccatum, non Abelem, sensumque esse, q. d.: Potes, Cain, per arbitrii libertatem et gratiam meam tibi preparatam tæ concupiscentiæ et appetitui invidentiæ, tanquam mancipio dominari. Quid clarus pro arbitrii libertate dici potuit? Unde Targum Hierosolymitanum ita vertit: *In manum tuam tradidi potentatum concupiscentiæ tuæ, et tu dominare ei sive ad bonum, sive ad malum; ita exponunt S. Ambr. et S. August. supra, S. Hieron., Raban., Rupert., Hugo, Beda, Alecuinus, et Eucherius hic; quin et S. Chrysost. hom. 18 citatâ aperit docet, Cainum potuisse dominari suæ concupiscentiæ. Vide card. Bellarminum, doctè, æquè ac solidè hunc locum, uti et alios omnes, pertractantem.*

Et tu dominaberis illius, tu illi dominari poteris, ideoque debes; si enim non posses, nec deberes, Deus enim homini non præcipit impossibilia.

Nota hic, quantum sit dominium voluntatis, non tantum in motus et actiones externas, sed etiam in appetitus et passiones internas. Sentias licet æstus cholera aut libidinis maximos, voluntate tuâ forti et constanti iis resistens, detorque. Nolo iis consentire; si mihi displicent, eos detestor; et dominaberis cholerae ac libidini, erisque coram Deo et hominibus, non cholericus, sed mansuetus cholerae dominor; non incestus, sed castus libidinis victor. Tanta est vis et imperium voluntatis. *Magna, inquit Chrysost. sermone de Zachæo, vis est voluntatis, quæ non efficit posse quod volumus, et non posse quod nolumus. Vidit hoc Seneca, qui ad iram demandam, hoc inter cætera dat remedium lib. 2 de Ira, c. 12: Nihil, ait, est tam difficile et arduum, quod non humana mens vincat, et tu familiaritatem perducas assidua meditatio; nullique sunt tam feri et sui juris affectus, ut non disciplinâ perdomentur. Quodcumque sibi imperavit animus, obtinuit; quidam, ne unquam riderent, consecuti sunt; vino quidam, alii venere, quidam omni humore interdixere corporibus.*

Solenter ergo et verè sanctus quidam doctor dixit: *Quidquid tuo corde, totâ intentione, toto desiderio vis, id est certissimè. Vis toto corde et efficaciter esse humilis? hoc ipso reipsâ es humilis; vis efficaciter esse patiens, obediens, constans? hoc ipso reipsâ es patiens, obediens, constans. Quare prudenter suadet: Si magna, inquit, dare aut facere non potes, magnam saltem habeto voluntatem, eamque ad immensa extende; v. g., pauper es, habeto voluntatem efficacem dandi largissimas elemosynas, si facultates suppetere, et verè eris largissimus et liberalissimus; parva habes talenta, parvas vires Deo gloriam et salutem animarum promovendi; concipe efficacè desiderium, et ex toto corde offeri Deo mille animas, mille vitas, mille corpora, si ea haberes; offer ingens desiderium laborandi et patiendi ardua quæque ad ejus amorem, et plurimorum salutem, atque Deus voluntatem tuam pro facto computabit; voluntas enim seriâ et resoluta omnis virtutis et vitii, omnis meriti et demeriti fons est et causa.*

Ita S. Christiana virgo et martyr, patris sui Urbani, Tyrî Italiae oppidi præfecti, idola argentea confringens, blandimenta illius voluntate firmâ desepit, minas irritis, non flagellis, non unguibus dilaniata constantiam mutavit; quinimò lacere carnis frustum in patrem proficiens ait: *Satiare carnis, miser, quas genuisti; filium comedere potes, at certè ut impietatis tuæ conscientia, facere non potes; hinc rotis alligatur, et subdito igne uritur, in lacumque dejectur; mox defuncto patre, à Dionè ejus successore in oleo, resiniâ et pice coquitur; inde ad Apollinis statum adorandam ducta, eam suâ præcatione subvertit. Dionè subito mortuo surrogatur Julianus, qui Christianam in fornacem ardentem mitti jussit, sed missa noxam non sensit; serpentibus mordendam obicit; sed serpentes, illâ demissâ, venelicum invaserunt, interemptum ipsa*

suscitavit. Julianus illi mammillas amputari jubet, linguam præcidi, ipsamque sagittis confici. Tali demum martyrio consumpta in caelum evolavit. Ecce quam voluntas resoluta dominetur affectibus, tormentis, tyrannis et morti. Hæc Christina patrem, Abel fratrem superavit, non pugnando, sed patiendo; ita habet ejus vita, quam edidit Surinus tom. 4, 24 Julii.

VERS. 8. — EGREDIAMUR FORAS. Hæc verba excederunt ex textu hebræo; unde ea non legerunt, nec veterunt Aquila, Symmachus et Theodotus; olim tamen ea fuisse in hebræo patet, quia ea legerunt 70 et Targum Hierosolymitanum. Unde eadem se reperisse in Samaritanorum Pentateucho fatetur S. Hieronymus. Denique nisi illa legas, mutilus erit hic locus; non enim exprimit quid dixerit Cain. Rursus hæc verba dixisse Cain, potius quam alia, patet ex eo quod secutum est; nam mox egressus Abel cum Cain in agrum, ab eo occisus est.

CONSUBREXIT CAIN ADVERSUS FRATREM. Docet Targum Hierosolymitanum Cain in agro cepisse queri de Dei providentiâ et æquitate, disputasse contra judicium extremum, contra mercedem bonorum et vindictam malorum. E contrario Abelum hæc asseruisse, Deum defendisse, fratrem reprehendisse, ideoque ab eo ceum esse. Quam ergo immane fuit parricidium Cain, tam illustre fuit martyrium Abel. Quocirca S. Cyprian. lib. 4 Epist. 6, exhortans Tibaritanos ad martyrium: *Imitetur, ait, fratres dilectissimis, Abel justum, qui imitavit martyria, dum propter justitiam primus occiditur.*

Horatio Coclitii objiciebant æmuli claudicationem, quibus ille: *Per singulos gradus moneor triumphi mei; ipse enim Persææ regi per sublicium pontem transire conanti restitit, solusque hostium impetum sustinuit, donec à tergo pons à sociis frangeretur, ibique in coxâ læsus claudicare cepit, teste Livio 1.2 Decad. 4. Idem Caino patricidæ dicere poterat, et potest etiamnum Abel.*

Probabiliter putant aliqui Abel occisum esse sub annum mundi 150, ex eo quod hoc anno 150 natus sit Seth, quem mater Eva crebrè (quotannis), ait August. Tornielius) parere solita, Abeli occiso mox substituit. Ita Pererius, Cajetanus et Fornielius in suis amabilibus, quos ad instar Baronii, ab Adam ad Christum per singulos annos seriatim et ordine digessit et descripsit.

Allegoricè, Abel fuit typus Christi à Judæis suis occisi. Ita ex S. Ireneo et August. Rupertus.

VERS. 9. — NESCIO: NUM CUSTOS (arabic. *speculator*) FRATRIS MEI SUM EGO. Ambr. lib. 2 de Cain, c. 9, notat hic tria ejus crimina: *Negat, inquit, primum, quasi apud ignorantem; recusat fraternæ muneris custodiam, quasi exorsor naturæ; declinat iudicem, quasi liber arbitrii. Quid miraris si pietatem non agnovit, qui agnovit auctorem.*

VERS. 10. — VOX SANGUINIS. Hebræicè est, *vox sanguinum*, quod perperam Chaldaeus cum Rabbiniis refert ad filios, quos habiturus erat Abel, si non fuisset necatus, quia nimirum tantum sanguinis effudit Cain,

quantum per propagationem filiorum, quos generatus erat Abel, sufficere multis poterat; clamabant ergo vocibus innumeris, qui sanguinis futuri erant participes. Patet enim, hæc non ad posterum, sed ad sanguinem Abelis à Cain effusum, pertinere. Hebræicè autem est *vox sanguinum*, pro sanguinis, quia Hebræicè homicidium ad emphasim (ad horrorem incutendum) vocant effusionem sanguinum, id est, sanguinis, quia reverà in homicidio multus sanguis hominis effunditur.

Potest tamen admitti hæc expositio Chaldaei et Rabbinorum in sensu symbolico, non literali, ac in eodem mysticè adaptari illis, qui pravo verbo vel exemplo teneros et novitios in fide vel pietate et religione scandalizant, itaque spiritum virtutis et religionis in eis suffocant et extinguunt. Hi enim reddent rationem Christo judici, non solum de novitiis, quos perdidērunt, sed etiam de iis, quos novitiî convertissent, si in fide et spiritu perdidissent. Horum ergo sanguis clamant contra eos in caelum, posticque à Deo vindictam. Sic sanguis sæpè significat filios et posterum; ut: *Projice tela manu, sanguis meus, hoc est, filii mei.*

Pulchrè Sanc. Ambros. lib. 2 de Cain, cap. 9: *Non anima ejus, sed vox sanguinis occusat quem ipse iudisti; tuum te ergo facinus, non frater accusat. Est tamen etiam terra testis, quæ cepit sanguinem. Si frater parci, terra tacet, terra condemnat. Ipsa est in te et testis et iudex. Non est ergo dubium, quid eum et superiora caelum, sol, luna, stelle, Throni, Dominationes, Principatus, Poteslates, Cherubim, et Seraphim) damnaverint, quem inferiora damnaverunt. Nam quomodo absolvitur pura illa celestique sententiâ, quem nec terra poterunt absolvere?*

Abeli similis fuit S. Wenceslaus, rex Boemiac et martyr, occisus à fratre Boleslao quasi altero Caino, instigante matre Drabomirâ. Wenceslaus enim pius et innocens quasi Abel regnum plus jejuniis, orationibus, cilicio ac aliis piis operibus rexit, quam imperio, illud planè occinens: *Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia justitiæ tuæ. Divinitus ergo præsciis mortem sibi à fratre ad epulum invitante per dolium parari, non subterfugit, sed S. Sacramentis se præmuniens, fratris domum adiit, ac post fraternam et hospitalitatem mensam, proximâ nocte ante templum orans casus est, factusque gratissima Deo hostia; sanguine ejus aspersus est templi paries, quem frustra caesores abluere et detergere conati sunt; quantum enim crebris detegebatur, tanto vivacior magisque creuentis aspicietur. Mansit itaque ibidem indelctus, in testimonium tanti parricidii instar Abelis clamans in caelum. Quocirca omnes tanti sceleris administri miserè perierunt; Drabomiram matrem in arce Pragensi vivam terra absorpsit; Boleslaus quasi alter Cain, prodigiis et terroribus agitatus, et ab Othone imper. in ultionem parricidii bello appetitus, morbo tandem assumptus principatu et vitâ privatus est. Alii per demones exagitati, umbram suam metuentes, sese in flumen precipites dederunt. Alii mente capti fugam inierunt, et nusquam amplius comparuerunt. Alii variis et gravibus morbis lecti, hominibus exosi, vitam miserabili-*

liter finierunt. Ita habet ejus vita, et annales Boemiac, atque ex iis *Æneas Sylvius* in Histor. Boemiac.

CLAMAT AD ME, q. d.: Reatus homicidii, imò parricidii tui, ita voluntarii in conspectu meo comparat, atque à me celeberrimè et atrocem vindictam exposcit. Est propositiopea. Ita Sanct. Hieronymus in Ezechiel c. 27. Sunt ergo hæc atrocissima peccata, præscribitur in caelum clamantia: Primò, parricidium, quale fuit Caini. Secundò, peccatum Sodomorum, Gen. 19, 15. Tertiò merces operariorum defraudata, Jacobi 5, 4. Quartò, oppressio viduarum, pupillarum et pauperum, Exodi 2, v. 25. Vide hic quomodo Deus occultum homicidium Caini propalet et puniat. Mira alia homicidii occulti detecti et peniti exempla habet Plutarchus lib. de sera Numinis Vindictâ.

Hoc factum et dictum appositè Innocentius Pontifex applicat Areadio quocirca et Eudoxia Augustæ, eò quod Sanct. Joannem Chrysostomum in exilium egissent, ibique eum, quasi Caini, Abelen arumnis concincent; ideoque in eos excommunicationis fulmen intorquet. Audi Epistolam tunc pontificis dignam, quam ex Gemadio et Glycerâ recitat Baron. anno Domini 407: *Vox sanguinis fratris mei Joannis clamat ad Deum contra te, o Imperator, sicut quondam Abel justus contra parricidam Cain, et is modis omnibus vindicabitur. Ejecisti à throno tuo te non iudicatum, magnum totius orbis doctorem, et unâ cum eo Christum persecutus es. Neque de illo ita quæror; sortem enim, seu hereditatem, cum S. Apostolis, in Dei et salvatoris nostri Jesu Christi regno consecutus est, etc.; sed quod orbis sub solo tuo, ad orbitem redactus est, viro tam divino amico persuasione unius mulieris, sabulani hæc et spectaculum exhibentis. Et nos: Nova autem Duffia, Eudoxia, que paulatim te seductionis novitate totiusmodi exactionem ex multorum ore sibi ipsi introducit grave et quod gestari nequit peccatorum pondus colligens, atque id prius peccatis suis superaddens. Itaque ego nimis, et peccator, cui thronus magni Apostoli Petri creditus est, sequepro et rejicio et illum à perceptione in maculatorum-mysteriorum Christi.*

DE TERRA. Tradunt multi Abel cæsum esse in Damasco, et inde dictam Damascum quasi *dam sac*, est sanguinis saccus, quia sollicitè bibit et lausit sanguinem Abelis. Intellegit Damascum, non Syriam, ut videtur velle S. Hieronymus; hæc enim aliunde suum nomen et originem traxit, ut dicam cap. 15, v. 2, sed Damascenum agrum juxta Hebron, rubra terrâ confertum (quæ hebræicè hic vocatur Adam) ubi creatus et vixisse putatur Adam. Ita Burchard. Adrichom. et alii in descriptione Terræ sanctæ, et Abulens. in cap. 15, q. 158.

VERS. 11. — MALEDICTUS ERIS SUPER TERRAM. Tum quia terra tibi erit maledicta, et malignè præcæque, tibi eam, colentis suos dabit fructus, ut sit hypallage. Hebræa habent, *maledictus tu de terrâ, q. d.: Polluisti terram sanguine fratris tui, idè et per terram sterilitate punieris. Hinc et sequitur: Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos. Tum quia tu infansus, infelix, vagus et profugus eris super terram, ut sequitur.*

Ergo deliri, æquæ ac blasphemii fuerunt Caiani hæretici, qui Cain cohererunt, dicentes Abel fuisse ex debiliore virtute, idcirco esse occisum, Cain verò fuisse ex fortiori et celesti virtute, æquæ ac Esau, Core, Nadam et Sodomitæ, atque hos omnes esse cognatos suos iactabant, Cain enim fuisse patrem Judæ. Judam autem venerantur, eò quòd ipse tradiderit Christum, præsciens ejus morte homines redemptum iri. Ita Epiphanius hæresi 38; S. Augustinus, Philastrius et alii in hæresi Caiatorum.

VERS. 12. — NON DEDIT FRUCTUS SUOS, hebraicè *cocha*, id est, virtutum suam. Jam virtus terræ sunt fructus terræ copiosi et vigorosi.

VAGUS ET PROFUGUS, ex malâ conscientia pavidus, et, ut Septuaginta vertunt, *gens et tremens*, scilicet tum animo, tum corpore, hinc illucque vagaberis. Græci enim *εὐλαβος*, id est, tremens, referunt ad tremorem corporis in Cain, qui pavoris ejus et consternationis animi fuit index.

VERS. 15. — MAJOR EST INQUITAS MEA, QUAM UT VENIAM MEREAR. Pagninus, Vatablus, Oleaster cum Aben Ezra, *און האון*, id est, iniquitas, peccatum, sumunt pro poenâ peccati; itaque vertunt, *major est poenitio mea, quam ut feram*, vel *ferre possim*. Ita et Athanasius ad Antiochum quæst. 96. Ubi obiter adverte, hæc breviores quæstiones non esse Magni illius S. Athanasii Alexandrini; nam in iis citantur S. Epiphanius et Gregor, Nyssen, qui S. Athanasio fuerunt posteriores; imò auctor eorum citat. quæst. 23, ipsum S. Athanasium, atque ab eo recedit aliamque sententiam sequitur. Nec tamen auctor eorum idem est cum Anastasio Nicæno, qui proluxas quasdam quæstiones in S. Scripturam conscripsit; licet fortè ad eundem Antiochum uterque quæstiones suas scripserit.

Verim communiter Septuaginta, Chaldaeus, noster, Patres græci et latini propriè accipiunt hic peccatum, putantque Cainum his verbis desperasse. Unde Hebraeus sic habent *gadol avoni minneso*, id est, major est iniquitas mea, quam ut eam ferre aut portare possim. Secundò, plantis et melius cum Septuaginta, Chaldæo et nostro ita veritas: Major est iniquitas mea quam ut eam ferre et parere, id est, quam ut ferat et parcat Deus. Hebraeus enim *neso*, et ferre et parere significat, quia cum quis alteri parcat, magno eum onere levat, offensam enim ejus condonando fert et portat; offensam enim et peccatum in Deum est onus ætèna ponderosius, peccatori incumbens. Unde noster vertit, *quam ut veniam merear*, id est, quam ut ullâ poenitentia veniam possim impetrare, q. d.: Omnino indignus et inepax sum venie.

Hinc cum Caino graviter errant Novatiani, aliique, qui censent aliqua peccata ita gravia esse, ut quasi quis poenitent, Deus tamen illa condonare non possit, aut nolit. Ita S. Ambrosius lib. 1 de Poenitentia, cap. 9.

Quatuor sunt, inquit Hogo cardin. quæ aggravant peccatum, scilicet peccati qualitas, frequentia, diuturnitas, impenitentia; sed his omnibus in immensum major est Dei clementia, Christique meritum et gratia. Audi eum Jeremias 3, 1: *Tu fornicata es cum amatoribus*

*multis; tamen revertere ad me, dicit Dominus*. Audi Ezechiel. c. 18, 21: *Si impius egerit poenitentiam, etc., vitâ vivet, et non morietur; omnium iniquitatum ejus quas operatus est, non recordabor amplius*.

VERS. 14. — ECCE EGICIS ME HOMIE A FACIE TERRÆ, à patriâ meâ jucundissimâ et fertilissimâ, inquit Oleaster et Pererius; adeoque à totâ terrâ, dum nusquam me consistere permittis, sed continuò ab unâ regione in aliam expellis facisque exulem et profugum, tum à terrâ, tum consequenter ab hominibus, q. d.: Facis me odium omnium hominum, ut nec ego illos aspicere ausim, nec illi me aspicere dignentur.

Addit Josephus, penes quem sit fides, Cainum pejo-rem effectum, tandem factum fuisse ducem latronum et nequitie, in Henochiâ urbe quam condidit.

A FACIE TERRÆ ASCENDAR, quasi reus presentiam judicis Dei fugiam, latibula quaeram. Ita S. Ambrosius et Oleaster. Secundò curâ, favore et tutela tuâ desistatur. Ita Chrysostomus et Cajetanus. Unde non est necesse cum Delrio hic recurrere ad hypallagen, q. d.: Tu abscondes faciem tuam à me, nec me oculis æquis aspicias. Ait ergo Cain, ut pulchrè Lipomanus: Ecce, Domine, abstulisti à me fructus terræ, abstulisti gratiam et tutelam tuam, permittis me mihi, pro veniâ te convenire non audeo; abscondar à te, subterfugium ut potero judicium tuum, vagus et instabilis ero ubique, et si tu me non persequeris, quisquis aliorum invenierit me occidet, neque tueri non potero.

OMNIS IGTUR QUI INVENIERIT ME, OCCIDET ME. Quia ex tremore corporis, et furiatè mentis agitata, quisque eum me esse intelligit, qui mereatur interfici, ait Hieron. Epist. 125, ad Damas, q. 1, q. d.: Sum catharma, sum anathema, sum odium Dei et hominum, non potero evadere quin ab aliquo occidam. En omen, en pavor malæ conscientie; ita S. Ambrosius. E contrario justus ut leo confidit, dicitque: *Etsi ambulaturo in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es*, Psalm. 22, v. 4.

Nota, Cain impenitens timet mortem corporis, non animæ; ita S. Ambrosius.

VERS. 15. — NEQUAQUAM ITA FIET; SED OMNIS QUI OCCIDERIT CAIN, SEPTUPLUM PUNIETUR. Pro, *septuplum*, hebraicè est *scibataim*, quod Aquila vertit, *septem-pliciter*; Septuag. et Theodotus, *septem vindictas*, q. d.: Multipliciter et gravissimè punietur is, qui Cain occiderit; quia secundus erit homicida, qui primus malum exemplum Caini secutus est, nec ejus punitione tam gravi, à cæde absterrius est; et quia occidit primum homicidam Cainum, cui Deus vite fidem dedit quemque ad poenam et omnium exemplum vult superesse, cum ipse viam habeat pro supplicio, mortem pro solatio; ut ei diù vivere non sit aliud, quam diù torqueri.

Hinc aptè burgensis censet, plus poenæ hic intentari occisori Caini, quam ipsi Caino, ob causas jam dictas. Negant hoc Lyranus, Abulensis, Carthusianus, et Pererius; adeoque negant eos hic inter se comparari, unde ipsi hæc ita disjungunt et distinguunt: *Omnis qui occiderit Cain, subaudi, gravissimè punietur; pun-*

etum. Deinde subdunt, *septuplum punietur*, scilicet Cain, vel, ut Symmachus vertit, *septimus punietur*, Cain scilicet, qui in septimâ generatione, scilicet à Lamech, creditur occisus esse Cain, eousque vite delictus ad poenam et exemplum. Verùm hæc dispositio inconcinata est, nova et hinc; prior ergo sensus, quem dedi, genuinus est.

Addè Hebræum, *scibataim*, non septimum, ut vertit Symmachus, sed *scibataim* significare.

POSITQUE DOMINUS CAIN SIGNUM. Quæres, quale? Rabbinus quidam fabulatur fuisse canem, qui Cainum semper præibat, et per vias tutas deducebat. Alii fuisse litteram fronti Caini impressam; alii vultum ferum et trulentum. Verùm communior sententia est, signum hoc fuisse tremorem corporis, et mentis ac vultus consternationem, ita ut corpus et vultus peccatum Caini loquerentur. Hinc enim tremorem fuisse in Caino, patet ex Septuag. isque decebat Cainum: *Nusquam enim pejus, quam in sano corpore, aperer animus labiat*.

Nota hic in Caino effectus et poenas peccati. Primus est tremor corporis; secundus est exilium et fuga; tertius est timor et consternatio mentis: *Omnis, inquit, qui invenierit me, occidet me*. Quid times, ô Cain? præter te et parentes nullus adhuc homo in mundo est? A gratiâ Dei pro peccatum exciderat; hinc poena et trepidatio, nec sine causâ; nam primum ipse Abel defunctus persequi cepit homicidam: *Vox sanguinis fratris tui*, inquit Scriptura, *clamat ad me*; nam Deus, ait S. Ambrosius, *auditi suos justos, etiam mortuos, quoniam Deo vivunt*.

Quartò, persequebatur Cainum ipsa terra: *Vox sanguinis clamat ad me de terrâ*, q. d.: Si frater parcat, terra non parcat, ait S. Ambrosius, hæc Caino male dicta negat fructus, hæc eum expellit quasi profugum.

Quintò, horrorem Cain injiciebant coelestes, pariter et infra cælum positæ virtutes; ut enim ait Propocius, præter fulgura et coruscationes horrificas, videbat Cain angelos igneis gladiis sibi mortem minantes; si oculos ad terram demittebat, serpentes veneno, leones unguibus, cæteraque feras suis armis in se irruentes videre sibi videbatur.

Sextò, profugus fuit Cain in terrâ, ac tandem latitans in silvis (si credimus Hebræis), à Lamech occisus est; quâ de re dicam v. 25. Nonne ergo, ut ait S. Chrysostomus, *peccatum est spontanea insania, et voluntarius demon*?

VERS. 16. — HABITAVIT PROFUGUS IN TERRA. Hebraicè est: *Habitavit in terrâ Nod*. Ita Septuag. et Josephus, qui *Nod* ut proprium accipiunt; noster tamen accipit ut appellativum. Utrique bene; *Nod* enim significat vagum, mobilem, fluctuantem, profugum. Hæc ergo terra, in quam primitus fugit Cain, dicta est *Nod*, non quasi terra quemcumque à Caino pedibus calcata fuisset, fluctuaret et contremisceret, uti Rabbinus aliqui finxerunt, sed dicta est terra *Nod*, quasi dicas, terra profugii, in quam scilicet profugit Cain profugus.

VERS. 17. — UXOREM SUAM, filiam Adami, ac consequenter sororem suam. Initio enim mundi necesse

fuit sorores fratribus nubere, inquit S. Chrysostomus. Theodor. Procop., quod aliâ jure nature vetitum est, ita ut in eo pontifex dispensare non possit.

EDIFICAVIT, non jam, sed multis (puta 400 aut 500) post annis, inquit Josephus, cum Cain plures jam genuisset filios et filias, nepotes et neptes, qui Henochiam replere possent. Ita Augustinus, lib. 15 de Civit. cap. 8. Symbolicè, idem eodem libro, c. 4: *Natus est, inquit, prior Cain ex illis duobus generis humani parentibus; pertinens ad hominum civitatem; posterior Abel, ad civitatem Dei. Sic in universo genere humano, cum primum duæ istæ coeperunt nascendo atque moriendo procurrare civitates, prior est natus civis hujus seculi, posterior autem iste peregrinus in seculo, et pertinens ad civitatem Dei gratiâ predestinatus, gratiâ electus, gratiâ peregrinus deorsum, gratiâ civis sursum. Et mox: *Scriptum est itaque de Cain, quòd condidit civitatem; Abel autem tanquam peregrinus non condidit. Superba est enim sanctorum civitas, quantum hic parat civis, in quibus peregrinatur donec regni ejus tempus adveniat, ubi cum suo principè rege seculorum sine ullo temporis fine regnabunt*.*

VOCAVIT EX NOMINE HENOCH HENOCHIAM. Hæc prima in orbe fuit urbs, in quâ non dubium habitasse Cainum, ac pròinde desisse jam esse profugum et vagum sub finem vite; tremor tamen corporis ei semper adhesit.

Tropolog. S. Gregor. lib. 16 Moral. 6. Mali in terris, boni in cælis civitatem deliquit; sed vide quàm breve sit impiorum seculum et gaudium; Cain tantum septimam habuit generationem, quæ desinit in Lamech, in quo ejus tota progenies diluvio perit.

VERS. 19. — DNAS UXORES. Primus polygamus Lamech legem Monogamie latam Genes. 2, v. 24, violavit. Unde Nicolaus pontifex scribens ad Lotharium regem, pariter polygamum, Lamech vocat adulterum, ut habetur c. An non, 24, q. 3.

Post diluvium, cum vita hominum esset brevior, unicuique superesset Noe cum suis, ne nimis lentè propagarentur homines, dispensavit Deus, ut plures liceret habere uxores. Id patet, quia Abraham et Jacob viri sanctissimi plures habuerunt. Verùm satis propagato jam genere humano, coeperunt cultiores Hebræi, Græci, Romani polygamiam sensim aversari, et tandem Christus omnino eam sustulit, Math. 19, vers. 4.

VERS. 21. — PATER, inventor, auctor. Jubal ergo filius Lamech fuit inventor organi et cicharæ; unde ab hoc Jubal, qui fuit jubilosus, jucundus et jovialis, putant nonnulli, Latini sumpsisse suum jubilarè et jubilum.

VERS. 22. — QUI FUIT MALLEATOR ET FABER IN CUNCTA OPERA ÆRIS ET FERRI, qui fuit inventor artis fabrilis. Hebræa ad verbum sic habent: *Qui fuit acens*, id est, expoliens, *omnia opera æris et ferri*.

VERS. 25. — QUONIAM OCCIDI VIRUM ET ADOLESCENTULUM. Quæres, quis fuerit hic vir et quis adolescens? Hebræi, et ex iis S. Hieron., Rabanus, Lyranus, Tostatus, Cajetanus, Lipomanus, Pererius, Delrio tradunt, quòd Lamech occiderit Cain fratrem suum, hæc ra-

tium. Ibat Lamech venatum in silvam, in quam Cain concesserat, vel ambulandi, vel captandi frigris causâ. Comes ergo, vel armiger Lamech adveniens strepitum et motum foliorum quem sicut pavidi, umbris percelluntur, territantur spectris mortuorum suos occisores persequuntur et ad mortem. Illustre exemplum habet Sophron. In Prato spirat. cap. 166, de latrone, qui conversus factusque monachus assidue vidit puerum se insectantem, ac dicentem: Cur me occidisti? Unde petitâ venâ monasterio egrediens, urbenque ingrediens captus et decollatus est. Illic sensus profundior, sed prior simplicior est.

VERS. 24.—SEPTUPLUM ULTIMO DABITUR DE CAIN, DE LAMECH VERO SEPTUAGIES SEPTIES. Arab. *septuplum vindicabitur propter Cain, et propter Lamech septuagies septies*. Primò Rupert. per septies temporariam, per septuagies septies æternam penam scripsit. Secundò, quia Lamech, teste Josepho, 77 habuit proles, qui omnes perierunt diluvio. Tertio, Sanct. Hieron. et ex eo Nicolaus papa ad Lotharium ac Procopium: Cain, inquit, peccatum septies, Lamech septuagies septies vindicatum est, quia peccatum Cain septimâ generatione in diluvio deletum est; peccatum verò Lamech, et totius generis humani, cuius typus fuit Lamech (qui hebraicè idem significat quod humilitas, ait Alcuius), in septuagesimâ septimâ, scilicet per Christum deletum est; tot enim sunt generationes ab Adam usque ad Christum Luc. 3, v. 25. Huic affinis est versio Chaldaei, que sic habet: *Si in septem generationes vindicta dabitur de Cain, nomen de Lamech in septuaginta septem*. Verum Lamech non habuit tot generationes; ipse enim cum totâ suâ posteritate diluvio perit.

Quartò, Lipomanus, Delrio, et alii sic explicant: Videntur uxores Lamech ipsi improprie suas cædes, comminando, quòd et ipse pariter ab aliis occidendus foret; hisce respondet Lamech: *Quoniam occidi, id est, occidi sanè, fateor, virum et adolescentem, mortuumque sum homicida, quique facti sum penitens* interfector septuplum est puniendus; utique mel (qui casualis tantum et involuntarius sum homicida, quique facti sum penitens) interfector, septuagies septies, id est, longè gravius punietur; ego enim Cainum inscius occidi; armigerum verò meum castigare tantum volui, non occidere.

Verum dico, pro ultio dabitur de Cain et Lamech, hebraicè est, *incaum Cain et amech*, id est, vindicabitur et punietur ipse Cain et Lamech; sic enim noster, Septuag. et alii hanc phrasim vertunt v. 15; non ergo hic vindicta intentatur cæsoi Caini et Lamechi; sed ipsi Caino et Lamecho. Lamech ergo ex vehementi doloris et poenitentiae ob admissum homicidium duplex, dicit: Si Cain, qui unum occidit, septuplum, id est, multipliciter, graviter et plenè punitus est; ergo ego, qui duos occidi, quique penam Caini vidi, nec tamen ab ejus peccato abstinui, septuagies septies, id est, longè gravius et multiplicius puniendus sum. Ita S. Chrysostomus et Theodoretus. Est enim hæc

phrasim et parœmia Hebræis familiaris, ut dicant septies puniri, pro graviter, plenè et multifariam puniri; septuagies verò septies puniri, pro longè gravius et copiosius, ac quasi in immensum puniri. Est enim septenarius numerus multitudinis et universalitatis; septuagenarius septimus verò est numerus quasi immensitatis. Hinc respexit Christus Matth. 18, v. 22: *Non dico usque septies, sed usque septuagies septies*.

Secundò, propriè Sanct. Cyrillus. Septuplum, inquit, punietur Cain, quia septem peccata admisit: primum, irreligiositatis, dum viliora obtulit; secundum, impœnitentiæ, tertium, invidiæ; quartum, quòd dolose fratrem in agrum deduxerit; quintum, quòd eum occiderit; sextum, quòd Deo mentitus sit, dicens se nescire ubi esset frater; septimum, quòd putaret se posse fugere, et abscondi à Deo, quodque inscio et invito Deo putaret se posse occidi et mori; itaque vitæ hujus evadere supplicium. Verum hic sensus subtilior est et minor, quam solidior.

Censet Alcazar in Apocal. 11, v. 2, notat. 1, *et septuagies septies*, idem esse quod 490; hunc enim numerum in Scripturâ esse celebrem et reputari plenum ac perfectum; nam si 70 multiplices per 7, officies 490. Sic cum dicimus, *ter quater*, significamus duodecim; aliâ enim diceremus, ter et quater. Verum hic sensus subtilior, et hic numerus vix aquo grandior videtur. Sicut ergo dicimus vigesies ter, pro 25 vicibus; sic et septuagies septies, pro 77 vicibus. Similis est phrasim Amos 1, v. 6, 9, 11: *Super tribus sceleribus Gaze, et super quatuor non convertam eum, tria enim et quatuor significant innumera scelera Gaze*.

Notat hæc Scriptura in Lamech, in odium polygamie et homicidii, utque sciamus primum polygamum Lamech, fuisse secundum homicidam; facili enim ex Ithidino in rixas et cædes est lapsus.

phrasim et parœmia Hebræis familiaris, ut dicant septies puniri, pro graviter, plenè et multifariam puniri; septuagies verò septies puniri, pro longè gravius et copiosius, ac quasi in immensum puniri. Est enim septenarius numerus multitudinis et universalitatis; septuagenarius septimus verò est numerus quasi immensitatis. Hinc respexit Christus Matth. 18, v. 22: *Non dico usque septies, sed usque septuagies septies*.

Secundò, propriè Sanct. Cyrillus. Septuplum, inquit, punietur Cain, quia septem peccata admisit: primum, irreligiositatis, dum viliora obtulit; secundum, impœnitentiæ, tertium, invidiæ; quartum, quòd dolose fratrem in agrum deduxerit; quintum, quòd eum occiderit; sextum, quòd Deo mentitus sit, dicens se nescire ubi esset frater; septimum, quòd putaret se posse fugere, et abscondi à Deo, quodque inscio et invito Deo putaret se posse occidi et mori; itaque vitæ hujus evadere supplicium. Verum hic sensus subtilior est et minor, quam solidior.

Censet Alcazar in Apocal. 11, v. 2, notat. 1, *et septuagies septies*, idem esse quod 490; hunc enim numerum in Scripturâ esse celebrem et reputari plenum ac perfectum; nam si 70 multiplices per 7, officies 490. Sic cum dicimus, *ter quater*, significamus duodecim; aliâ enim diceremus, ter et quater. Verum hic sensus subtilior, et hic numerus vix aquo grandior videtur. Sicut ergo dicimus vigesies ter, pro 25 vicibus; sic et septuagies septies, pro 77 vicibus. Similis est phrasim Amos 1, v. 6, 9, 11: *Super tribus sceleribus Gaze, et super quatuor non convertam eum, tria enim et quatuor significant innumera scelera Gaze*.

Notat hæc Scriptura in Lamech, in odium polygamie et homicidii, utque sciamus primum polygamum Lamech, fuisse secundum homicidam; facili enim ex Ithidino in rixas et cædes est lapsus.

VERS. 25.—VOCATIONE, non Adam, sed Eva, ut patet ex hebræo *fiara*, quod femininum est.

NOMEN EUS SETH. *Seth*, idem est quod *thesis*, sive positio aut fundamentum. Radix enim *rw* *auth*, significat ponere, locare. Eva ergo, occiso Abel, mox videtur genuisse Seth, eumque ita vocasse, quasi fundamentum suæ sobolis et posteritatis, ac consequenter reip., æquè ac Ecclesiæ civitatisque Dei, hoc enim pro Abel futurus erat Seth; sicut Cain fuit caput et fundamentum civitatis diaboli; quâ de re Sanct. August. scripsit libros de Civit. Dei. Addit Suidas Seth à plebe, sapientiâ et astrologiâ cognominatum esse Deum, eò quòd ipse inventor fuerit litterarum et astrologiæ.

Porrò stolidi fuerunt Sethiani hæretici, qui à Seth filio Adæ se prognatos gloriabantur. Hi, ait Epiphanius. heres. 59, Seth glorificabant, et ad ipsum omnia, que virtutis et justitiæ sunt, referebant, quin et ipsum esse Jesum Christum asserabant. Seth enim productum esse ex superâ matre, que positentiam egit, eò quòd produxisset Cain, postea verò cum occisus esset Abel, et Cain abjectus, superno patri congressa sit et purum semen, puta ipsum Seth, genuerit, à quo de-

ductum est omne genus hominum. Hæc hæreticorum de more fœre deliria.

VERS. 26.—ENOS. *Enos* hebraicè idem est quod infirmus, afflictus, ærumosus, desperata valetudinis, certe morti addictus; videtur ergo Seth plus ita filium vocasse, ut eum ejusque posteros admoneret in seræ suæ sortis et mortalitatis, cui omnes ob peccatum addicti sumus. Sicut ergo Adam vocatur ab adamâ, quasi homo ab humo, ita vocatur Enos à miserâ et mortalitate. E contrario homo græcè vocatur *άνθρωπος*, quasi *άνθρωπος*, id est, *sursum aspiciens*, vel, ut ait S. Atanasius tract. de Definitionibus, ab eo quòd vultu superna suspiciat. Potest secundo, homo dici *Enos*, à radice *nasa*, id est, oblitus est, ut Enos item sit quod oblitivus, et vicissim citò oblivioni tradendus. Ad hoc etymon alludit Psaltes Psal. 8: *Quid est homo, quòd memor es ejus?*

Hinc pertinet id quòd scribit Josephus, Adamum prædixisse mundi hominumque interitum, eumque duplicem unum per diluvium, alterum per incendium et conflagrationem: idèoque posteros Seth pios et sapientes excitasse duas columnas, unam lateritiam, alteram lapideam, eisque sua inventa, artes et disciplinas, vel inscripsisse vel scriptas inclusisse ad posterorum instructionem, et sui memoriam posteris consignandam; idque hoc consilio, ut si laterita diluvio periret, lapidea superstes remaneret, quæ, inquit Josephus, etiamnum extat in Syriâ.

ISTE COEPIT INVOCARE NOMEN DOMINI, q. d.: Enos auctor fuit, ut possim homines ritè Deum colerent. Unde Hebræi habent, *tunc cepit enim, scilicet publicè et per coetus, auctore Enos, invocari nomen Domini*. Tempore ergo Enos videtur cæcus hominum instituti et in Ecclesiâ congregari cæpsisse, ad publicas preces, ad publicas conciones et catecheses, ad publicam Dei cultum per sacrificia, aliosque ritus et ceremonias.

Addit Thomas Waldensis, et ex eo Bellarminus. lib. 2 de Monachis c. 5, Enos instituisse penitentiam atque cultum et sublimiorem, quam esset religio vulgi; nam autem Enos Abel, Seth et Adam invocaverunt Deum. Unde censent ipsi, Enos instituisse quasi prælidium et initium vitæ religiose et monasticæ. Porro Septuag. vertunt: *Hic speravit invocare nomen Domini*. Hebræum enim *huchal*, non tantum incipere, sed et spectare significat, à radice *hachel*; et spes est causa invocationis. Perperam Rabbini vertunt: *Tunc profanatus est invocatio nominis Domini, quasi tempore Enos coepit idololatria*; licet enim *huchal* à radice *chol*, significet profanare; hic tamen non à *chol*, sed à *châlâ* descendit, quod in nihil habet *hachel*, significatque coepit, incœpit, in *hophal* habet *huchal*, id est, coeptum est, uti verit noster, Chald., Vatabl., Forsterus, Pagninus et alii passim. Non rectè quoque Cyrillus, Theodoretus et Suidas vertunt: *Iste coepit vocari nomine Domini*, quasi ipsi Enos, ob insignem pietatem, Dei ejusque liberis, filiorum Dei nomen sit inditum.

Putat D. Thomas 2-2, q. 94, a. 4 ad 2, in primâ

mundi ætate non fuisse idolatriam, ob recentem creati mundi memoriam. Verum hæc ratio non omnino concludit; nam recens memoria diluvii, et tante vindictæ Dei, non impedit, quin mox surreperet idolatria. Unde Tornicellus et alii putant, etiam tum fuisse idolatriam in aliis Adæ filiis; idcirco Enos ei opposuisse publicum unius Dei cultum, itaque Sanct. Ecclesiæ visibilem formam instituisse.

DOMINI. Hebraicè est nomen tetragrammaton *Jehova*;

## CAPUT V.

1. Hic est liber generationis Adam. In die quæ creavit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum.
2. Masculum et feminam creavit eos, et benedixit illis; et vocavit nomen eorum Adam, in die quæ creati sunt.
3. Vivit autem Adam centum triginta annis; et genuit ad imaginem et similitudinem suam, vocavitque nomen ejus Seth.
4. Et facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth, octingenti anni, genuitque filios et filias.
5. Et factum est omne tempus quod vivit Adam, anni nonaginti triginta, et mortuus est.
6. Vivit quoque Seth centum quinque annis, et genuit Enos.
7. Vivitque Seth postquam genuit Enos, octingentis septem annis, genuitque filios et filias.
8. Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, et mortuus est.
9. Vivit verò Enos nonaginta annis, et genuit Cainan.
10. Post cuius ortum vivit octingentis quindecim annis, et genuit filios et filias.
11. Factique sunt omnes dies Enos nonaginti quinque anni et mortuus est.
12. Vivit quoque Cainan septuaginta annis, et genuit Malaleel.
13. Et vivit Cainan postquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitque filios et filias.
14. Et facti sunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, et mortuus est.
15. Vivit autem Malaleel sexaginta quinque annis, et genuit Jared.
16. Et vivit Malaleel postquam genuit Jared, octingentis triginta annis, et genuit filios et filias.
17. Et facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, et mortuus est.
18. Vivitque Jared centum sexaginta duobus annis, et genuit Henoch.
19. Et vivit Jared postquam genuit Henoch, octingentis annis, et genuit filios et filias.
20. Et facti sunt omnes dies Jared nongenti sexaginta duo anni, et mortuus est.
21. Porrò Henoch vivit sexaginta quinque annis, et genuit Mathusalam.
22. Et ambulavit Henoch cum Deo; et vivit postquam genuit Mathusalam, trecentis annis, et genuit filios et filias.
23. Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni.

unde Rapert., Cajetan. et alii putant hoc nomen Adæ et Enos fuisse revelatum, ipsosque per illud Deum invocasse. Sed verius est, Mosi primùm hoc nomen tetragrammaton fuisse revelatum, ut dicam Exodi 6. 5. Moses ergo, qui hæc scripsit, postquam hoc nomen à Deo Exodi 6 accepit, eo passim antèrius, etiam in Genesi, Deum compellat, etiamsi Adam, Enos, alique patriarchæ Deum tunc, non *Jehova*, sed *Elohim* vel *Adonai* compellãrunt.

## CHAPTER V.

1. Voici le dénombrement de la postérité d'Adam, c'est-à-dire, de ceux de ses enfants qui ont été les pères du *Messie*. Au jour que Dieu créa l'homme, il le fit à sa ressemblance, lui ayant donné une âme capable de le connaître et de l'aimer.
2. Or, sous ce nom d'homme, il faut entendre l'homme et la femme; car il les créa mâle et femelle, il les bénit, et il leur donna le nom d'Adam, c'est-à-dire, terrestres, au jour qu'ils furent créés, pour marquer qu'ils avoient été tirés de la terre.
3. Adam ayant vécu cent trente ans, engendra un fils à son image et à sa ressemblance, c'est-à-dire, homme et pécheur comme lui, et il le nomma Seth.
4. Après qu'Adam eut engendré Seth, il vécut huit cents ans. Or, avant la naissance de Seth et après, il engendra des fils et des filles.
5. Et tout le temps de la vie d'Adam fut de neuf cent trente ans, et après cette longue vie, qui fut pour lui une longue pénitence, il mourut.
6. Seth aussi ayant vécu cent cinq ans, engendra Enos.
7. Et après que Seth eut engendré Enos, il vécut huit cent sept ans, et il engendra des fils et des filles.
8. Et tout le temps de la vie de Seth ayant été de neuf cent douze ans, il mourut.
9. Enos ayant vécu quatre-vingt-dix ans, engendra Cainan.
10. Depuis la naissance de Cainan, il vécut huit cent quinze ans, et il engendra des fils et des filles.
11. Et tout le temps de la vie d'Enos, ayant été de neuf cent cinq ans, il mourut.
12. Cainan aussi ayant vécu soixante-dix ans, engendra Malaleel.
13. Et après avoir engendré Malaleel, il vécut huit cent quarante ans, et il engendra des fils et des filles.
14. Et tout le temps de la vie de Cainan, ayant été de neuf cent dix ans, il mourut.
15. Malaleel ayant vécu soixante-cinq ans, engendra Jared.
16. Après avoir engendré Jared, il vécut huit cent trente ans, et il engendra des fils et des filles.
17. Et tout le temps de la vie de Malaleel, ayant été de huit cent quatre-vingt-quinze ans, il mourut.
18. Jared ayant vécu cent soixante-deux ans, engendra Henoch.
19. Après avoir engendré Henoch, il vécut huit cents ans, et il engendra des fils et des filles.
20. Et tout le temps de la vie de Jared ayant été de neuf cent soixante et deux ans, il mourut.
21. Or, Henoch ayant vécu soixante et cinq ans, engendra Mathusalam.
22. Henoch marcha avec Dieu, et lui fut très-agréable; et après avoir engendré Mathusalam, il vécut trois cents ans, et il engendra des fils et des filles.
23. Et tout le temps qu'Henoch vécut sur la terre fut de trois cent soixante-cinq ans.

24. Ambulavitque cum Deo, et non apparuit, quia tulit eum Deus.
25. Vivit quoque Mathusalam centum octoginta septem annis, et genuit Lamech.
26. Et vivit Mathusalam, postquam genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, et genuit filios et filias.
27. Et facti sunt omnes dies Mathusalam nongenti sexaginta novem anni, et ingendra des fils et des filles.
28. Vivit autem Lamech centum octoginta duobus annis, et genuit filium;
29. Vocavitque nomen ejus Noe, dicens: Iste consolabitur nos ab operibus et laboribus manuum nostrarum, in terrâ cui maledixit Dominus.
30. Vivitque Lamech, postquam genuit Noe quingentis nonaginta quinque annis, et genuit filios et filias.
31. Et facti sunt omnes dies Lamech, septingenti septuaginta septem anni, et mortuus est. Nôc verò cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham et Japheth.

## COMMENTARIUM.

- VERS. 1.—LIBER, catalogus, enarratio, enumeratio generationum ab Adam ad Noe: hoc enim est Hebræum *sepher*, à radice *sephar*, id est, numeravit, recensuit. Eodem sensu Math. c. 1. vocatur *liber*, id est, catalogus generationis, sive genealogiæ Christi.
- AD SIMILITUDINEM DEI, ad imaginem suam. Sæpè enim Hebræi ponunt antecessens pro relativo.
- VERS. 2.—VOCAVIT NOMEN EORUM ADAM, ab hebræo *Adama*, q. d.: Vocavit eos homo ab humo, ex quâ creavit eos. Eva ergo etiam est Adam, id est, homo. Utrique unum nomen indidit Deus, ut scirent conjuges, se quasi unum hominem in duobus esse corporibus, sequè uti nomine, ita et animâ ac voluntate adunari debere. Secundò, nomine Adam monentur, se esse terræ filios, viles, luteos, fragiles, mortales, et in terram reversuros. Memento, Adam, quia adama, id est, terra et pulvis es, et in pulverem revertetur.
- VERS. 3.—GENUIT (filium) AD IMAGINEM ET SIMILITUDINEM SUAM, puta sibi per omnia similem, non in peccato originali, uti explicat Calvinus, sed in naturâ, scilicet in corpore humano, et in animâ rationali, in quâ Seth, æquè ut Adam, erat imago Dei. Vide dicta c. 1, v. 27.
- VERS. 3.—ADAM ANNI NONAGENTI TRIGINTA, ET MORTUUS EST. Nota primò. Ab Adam usque ad diluvium, per Seth sunt decem generationes, estque hæc prima mundi ætas.
- Nota secundò. Anni hi fuerunt duodecim mensium, uti sunt nostri, ut patet Genes. 8, 7, 5; nam si fuissent mensuri, ut aliqui volunt, puta si annus unus fuisset tantum unus mensis, continens triginta dies, sequeretur, eos qui hic 75 anno generasse leguntur, 75 mense generasse, ac consequenter generasse anno ætatis suæ 7. Omnes denique defuncti essent ante annum ætatis 82, quem etiam hodie non pauci exsuperant. Ita Sanct. Hieronymus et Sanct. August. lib. 15 de Civit. c. 15. Fatetur Ægyptiis præcis annum

24. Pendant tout ce temps-là, il marcha avec Dieu dans une si parfaite obéissance à ses commandemens, et une si grande foi en ses promesses, que le Seigneur voulut le réserver pour prêcher la pénitence à la fin du monde; c'est pourquoi il le transféra dans le paradis, et il ne parut plus sur la terre, parce que Dieu l'enleva, et le cacha aux yeux des hommes.
25. Mathusalam ayant vécu cent quatre-vingt-sept ans, il engendra Lamech.
26. Après avoir engendré Lamech, il vécut sept cent quatre-vingt-deux ans, et il engendra des fils et des filles.
27. Et tout le temps de la vie de Mathusalam ayant été de neuf cent soixante-neuf ans, il mourut.
28. Lamech ayant vécu cent quatre-vingt-deux ans, engendra un fils,
29. Qu'il nomma Noé, c'est-à-dire, repos, en disant: Celui-ci nous soulagera parmi nos travaux et les centres de nos maux, et il nous consolera dans la terre que le Seigneur a maudite.
30. Lamech après avoir engendré Noé, vécut cinq cent quatre-vingt-quinze ans, et il engendra des fils et des filles.
31. Et tout le temps de la vie de Lamech ayant été de sept cent soixante-dix-sept ans, il mourut. Or Noé ayant cinq cents ans, engendra Sem, Cham et Japheth.

- fuisse menstruum; id enim tradit Diodor. Sicul., lib. 1; Varro apud Lactant. lib. 2, c. 15; Plutar. in Numâ; Sanct. August. 12 Civit. c. 20, et Proclus in Timæum l. 1, pag. 35: *Αἰώνιος*, inquit, *ἐπὶ πέντε ἑκατοταῖς ἔτεσιν*. Ægyptiis mensem vocabant annum. Verùm nil tale de præcis Hebræis reperias.
- Tertiò, ex hebræo textu, et ex nostra versione latinâ patet, ab Adam usque ad diluvium fluxisse annos 1656; ita Sanct. Hieron., Beda et Augustinus supra. Quare in Septuaginta qui numerant annos 2242 (juxta editionem correctam à cardin. Caraffa), irrepsit error; superat enim hic numerus veritatem annis 586. Suspiciatur Sanct. Augustin. scilicet quemdam mutâsse numerum in Septuag. eò quòd putaret hic accipi debere annos menstruos; insolitum enim et paradoxum videtur, ut homines tunc viverent 900 solidos annos; sed quia ille ipse rursum videbat sibi objici posse: Si anni fuerunt mensuri, ergo qui centesimo anno dicuntur generasse, generarunt anno secundùm nos octavo; hinc ut hoc effugeret, pro 400 supposuisse 200.
- Quartò, mortuus est Adam anno 57 Lamech patris Noe, 726 annis ante diluvium, viditque totius humani generis sui propagationem et corruptionem. Adit Irenæus lib. 5, c. 52, Adam mortuum esse ferè sextâ, die Veneris, quæ eodem die creatus est, et peccavit Adam: dixerat autem ei Deus: *In quacunque die co-moraberis ex eo, morte morieris*: ergo mortuus est die Veneris, quo et peccavit. Verùm illa comminatio Dei alium habet sensum, uti superius dixi. Eva, si crediturus Mariano Scoto, decem annis post maritum vivit, mortuæque est anno vite et mundi 940.
- Quintò, traditio est, Adam sepultum esse in Hebron. Tradit Jacobus Edessenus, qui fuit magister Sanct. Ephrem. apud Barcephila lib. 1, c. 14, quòd Noe ossa Adami in arcam religiose susceperit, et post diluvium illa inter suos liberos distribuerit, Semque cum ante-ferret hæc cæteris, Calvariam Adæ dederit, et cum eâ